

Band III., Nr. 754, Seite 242

Siboto von Jagstberg verkauft alles sein Gut in Mergentheim mit Ausnahme eines bezeichneten Hofes daselbst an die Brüder des Hospitals der Deutschen zur heiligen Maria.

Ohne Ortsangabe, 1229.

In nomine domini amen. Ego Siboto de Iaghesperch notum fatio universis Christi fidelibus, quod cum consensu omnium heredum meorum omne predium quod habui in Merghentheim, infra villam et extra villam, in areis et domibus, agris et vineis, aquis, pratis et nemoribus et ceteris rebus, excepta curia Rudegheri scultheti, quam a me tenet in feodo, fratribus domus hospitalis Teutonicorum sancte Marie pro quadam summa pecunie donavi cum omnibus appenditiis suis et pleno iure, proprietatis nomine, libere et absolute possidendum. Me itaque omni iuri quod habui in eodem predio renuntiante in presentia domini episcopi Herbipolensis ecclesie, idem dominus episcopus, ad petitionem meam et heredum meorum, prefatis fratribus super eodem facto litteras suo sigillo signatas dedit, huius donationis mee veritatem continentis. Ego quoque presentem eisdem fratribus cartulam dedi sigilli mei appensione roboratam, cupiens precavere, ne aliquis ex parte mea vel heredum meorum in predio sepedicto, cui stipulatione facta manu et lingua publice renuntiavimus, sepe fatos fratres de cetero valeat molestare.

 Testes huius rei sunt viri nobiles Godefridus de Honloch, Crafto de Crutheim 2), Burchardus et Fridericus de Iaghesperch, Albertus de Enze, Albertus de Langhenberch, Cvnradus de Hesseburch¹, Rvdegerus de Merghentheim, Godefridus Betelman, Marquardus Weiso, Albertus dapifer, Alhunus pincerna.

 Facta sunt hec anno gratie M^o. CG^o. XX^o. IX^o.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An gelb-roter Seidenschnur hängt ein rundes Siegel von bräunlich gelbem Wachs, auf dem ein seitwärts mit dem Schwert ausholender Reiter mit nicht deutlicher Kopfbedeckung und einem ihn von der Schulter bis auf die Mitte des Schenkels deckenden dreieckigen spitzen Schilde auf links schreitendem, einfach gesatteltem und gezäumtem Pferde sitzt, vor welchem ein Türmchen mit Zinnen steht. Umschrift: + SIGILLVM : SIBOTONIS : *Domini* : DE EBERSBERC (M und E gerundet).

¹Hessberg ?

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 249 U 14

Überlieferung und Textkritik:

Original. Abschrift in der Sammlung Breitenbach: StA Ludwigsburg JL 495 Nr 23 (Innenseite).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Siboto; von Jagstberg

Ortsindex:

Bad Mergentheim Wohnplatz (3643)
 Bad Mergentheim, TBB
 Endsee, Steinsfeld, AN
 Heßberg, Veilsdorf, HBN
 Hohenlohe, Simmershofen, NEA, W
 Jagstberg Wohnplatz (2505)
 Jagstberg, Mulfingen, KÜN
 Krautheim Wohnplatz (2421)
 Krautheim, KÜN
 Langenburg Wohnplatz (3008)
 Langenburg, SHA
 Würzburg, WÜ